



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viridarivm Sanctorum**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorum, 1607**

S. Tycho Episcopvs Amathvntinvs In Cypro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

simul beata morte perfunguntur. Illorum  
celebritas agitur Constantinopoli in cœ-  
nobio Maximini, vbi sancti illorum cine-  
res repositi seruantur, vnde ægri multi salu-  
tem velut è fontibus hauriunt.

## ANNOTATIONES.

**H**Ac arte vestium plures euasere virgines. Lau-  
dat S. Ambrosius virginem Alexandrinam (ita  
legendum pro Antiochena, hæc enim Theodora  
fuisse creditur) quam celebrant Fasti Latini 28. A-  
prilis. Sed hæc Antonina planè diuersa est ab illa  
Theodora: vti & illa Corinthiaca Hippolyti. *Cum*  
*enim*, inquit Baronius de hac Antonina, 3. Maij  
*frequenter Christiana fœmina ad prostibulum dam-*  
*narentur, sapius similis casus potuit accidisse.* Porro  
eiusmodi fallaciæ artem eludendi custodes, muta-  
tione habitus, primæ omniū suo exemplo docue-  
runt fœminæ Lacedæmoniorum, quæ ijsdem tech-  
nis maritos suos à nece subdlexerant, seipsas loco  
illorum tradentes. Val. Max. lib. 4. cap. 6. De amo-  
re coniugali.

16. Iunii,

I.

S. TYCHO EPISCOPVS  
AMATHVNTINVS IN  
CYPRO.

**H**Abuit hic pios & religiosos parentes,  
à quibus Deo dedicatus literaturæ sa-  
cæroperam dedit, in quarum meditatione  
assiduè

Q

assiduè

assiduè versatus, sacrorum oraculorum le-  
 ctor ad populum est designatus. Deinde  
 propter singularem vitæ honestatem, pu-  
 ritatemque & morum inculpatam sancti-  
 moniam à Mnemonio Amathuntis ponti-  
 fice Diaconus creatur, ipsoque vita dece-  
 dente, ad gradum pontificatus à magno  
 Epiphanio euehitur, qui vbi multos à vana  
 & stulta idolorum superstitione ad veram  
 in Christo religionem conuertit, fana Deo-  
 rum euertit, sacra templa Deo excitauit,  
 ornauit, initiauit, ad Dominum est transla-  
 tus. Miracula cum in vita compluria, tum  
 post mortem ab eo facta: ex quibus exem-  
 pli causa vnum alterumue, vnde viri virtus  
 eximia appareat, recensebo. Admodum  
 puer adhuc à patre panes acceperat (nam  
 artopola erat) quos in foro venderet. Sed  
 puer omnes, in egentes distribuit. Quod  
 vbi pater rescit, indignam rem arbitra-  
 tus, grauibus puerum conuitiis est insecta-  
 tus; qui dixit se Deo panes dedisse mutu-  
 os, & mox recepturum, eiusque rei se syn-  
 grapham habere. Et ecce dictum factum:  
 granaria quippe mox frumento pleniora  
 sunt reperta, quam tum erant, cum pater  
 horrea post collectam messem implerat,  
 nec inde quicquam adhuc esset depromptum.  
 Sed

Sed hoc miraculū aliquam habet com- 2.  
 parationem, quod & ab aliis idem factura-  
 tum legatur, & beneficentiæ liberalitas ex  
 Dei munificentia proficiscatur, qui mensu-  
 ram augeat cumuletque effusè. Illud autē  
 peculiariter Tychonis laudem comendat  
 & causam, quod huic singulare est. Ari-  
 dum vitis surculum humi depanxerat, qui  
 statim radices egit, dein etiam \* ante tem- \* 3.  
 pus germinavit maturuitque: Nam ubi sexta  
 decima Iunii, quæ dies huic sacra est, ma-  
 turi botri reperiuntur? Hic autem palmes  
 intra breuissimum tempus maturos pro-  
 creans fructus inchoante re diuina, & psal-  
 morum cantu, uas ostentat iam liuentes  
 & coloratas: finito sacrificio coctas iam &  
 maturas, & ad gustum gratissimas ad Dei  
 Patris & Filii, & Spiritus sancti laudem &  
 gloriam exhibet.

## ANNOTATIO.

Latini Græciq̄ue Fasti hunc Tychonem prædi- 1.  
 cant:

Quod de frumento narratur, multis id sæpius 2.  
 euenisse rectè dicitur. Nam D. Geogrorius lib. 1.  
 dial. c. 9. huic prorsus geminum refert de Sancto  
 Bonifacio adhuc puero. Laudatur ab eodem S. Be-  
 nedictus lib. 2. c. 21. & 28. & 29. Lege Iulium Ful-  
 cum de elemosyna,

Q 2

Ita

3. Ita à Hieronymo Enifero in actis S. Bennonis, qui hodie Monachii metropoli Bauariæ ingentibus fulget miraculis, refertur, fata quæ viuis quodam Benno tranfierat, multo ante tempus maturuiffe.

17. Iunii.  
Martyrol.  
eod. die.

## S. BESARION ANACHORETA.

**H**ic in prima pueritia, abdicatis rebus humanis Scetanam eremum ingrefus, ad tantam promouit exercitatione virtutem abftinentiæ & egeftatis, vt ritu alitum, aut pifcium, animantiùmne, fine vlla rerum præfentium curâ, totum vitæ curfum tranfigeret; non tectum quærebat, nõ vllò defiderio loci certi, non appetitu cibi tangebatur, non cellarum vsum, non librorum farcinas amabat, fed ab omni profus affectu expeditus, fpe rerum futurarum pafcebatur, & fidei propugnaculo tutus perdurabat, & tamquam captiuus, modo hic, modo illic, in frigore & nuditate manebat. fole aduftus fub dio affiduè ftabat, in præruptis folitudinum, velut erro quidam hærebat. In fabulosâ terrâ, sæpe profusq; inhabitabili, perinde ac fi pelago iactaretur, patientiam exercebat. Totus quadraginta dies & noctes in rhamno quodâ spinofq;